

ALBION DVX SAXONIAE.



Albion magnæ fortitudinis & prudentiæ Saxoniarum princeps extitit, cū Carolus Magnus rerum gubernacula teneret. Præsidebat Albion in ea Saxoniarum regione quæ ultra Albitum fluuium sita est, cum Videkindus cis Albitum rerum potiretur. Itaque Carolus hunc Albionem post diuturnum bellum ad se uocatum, sua mansuetudine eō rededit, ut Christianam religionem susciperet, atque l dolorum cultum relinqueret. Hoc modo factum ut Saxonia pacem recuperarit, atque sub Vitekindo & Albione ducibus religione & pietate plurimum proficeret. Vnde etiam huic principi posteritas Saxonum plurimum debet. Alb. Crantz. in Saxoniam lib. 2. cap. 13.